De exaltatione sancte crucis.

Lignū forte et imputribile elegit sibi artifex ysaias. Per istū artificem intelligitur xp̄s qui ē sapientia dei patris omnipotentis qui elegit sibi lignū forte. id est sanctā crucem vt in ea et per eam operaret̄ nostram salutem. Et sic in his verbis duo notare possumus. Primū ꝙ lignū crucis est forte. scd̄m ꝙ electū est a sapiēte. Circa primuz notat̄ ꝙ lignū crucis est forte triplici ratione. primo quia expugnat inimicū. scd̄o corroborat infirmum. tertio quia animas nostras portat ad regnum celeste. Primo expugnat inimicum et ratione huius dicitur scutū sicut dicit Damascenus. hoc scuto munitus fuit rex eraclius dum hostem suū in fidei xp̄iane signo quosdaz superauit et per hanc magnam victoriam et insigne miraculum quod tunc deus ostendit ꝑ sanctam crucē festum illud ab ecclesia celebrat̄ et exaltatio sancte crucis appellat̄ qꝛ tali die fides fuit multum exaltata. Legit̄ eni ꝙ anno dn̄i tricentesimo decimo/q̄nto ꝑmittente deo flagellari populū suū. paganos Cosdras rex persarū omnia regna subiugauit. tandem ihrl̄m veniens. partem crucis quam helena ibi reliquit asportauit. volēs aūt ab hominibus coli vt deus. turrim ex auro et argento inter lucentibus gemmis fecit. et ibidem solem et lunaz et stellarum ymagines collocauit et sic in throno residens tanq̄z deus pater lignū sancte crucis a dextris loco filij posuit. et gallum a sinistris loco spiritussancti et sic sicut deum adorare se precepit. Tunc eraclius imperator exercitum collegit et contra filium Cosdre iuxta danubium fluuiū dimicatur⁹ aduenit. tandem vtriqꝫ exercitui placuit vt ip̄i soli super pontem ꝯuenirent et qui victor existeret ip̄e sine damno vtriusqꝫ exercitus imperium vsurparet. et hoc eraclius sede contulit et se sancte cruci deuotior quo potuit commendauit. Ambobus itaqꝫ ꝯflictu dominantibus eraclio domin⁹ victoriā tribuit. et victū exercitū suo imperio subiugauit adeo ꝙ populus Cosdre baptismū recepit. Tunc eracltus ad cosdram perueniens ⁊ eum in throno aureo sedere reperiens dixit quia lignum sancte crucis ꝑm tuum modulū honorasti si fidem xp̄i receperis vitā et regnum seruabis. sinaūt gladio punieris. Cum autem adquiescere nollet ip̄m decollauit et filium suū decem ānorum et omnes quos eum eo repperit baptisauit et regnum patris dimisit. Turrim vero destruens aurum et argentum ad reparandas ecclesias destinauit. Sanctam igitur crucem accipiens ihrl̄m deportauit. Cum aūt de monte oliueti descenderet per portam quam dn̄s passurus intrauit. equo regio et ornamentis imperialib⁹ ingredi vellet repente descendentes lapides per partes descenderūt ⁊ inuicē q̄i vn⁹ paries se clauserūt sup quo cunctis stupentib⁹. Angel⁹ dn̄i lignū crucis tenens in manib⁹ sup portā dicēs.

Cum rex celorum per hanc portam ad passionem intraret non cultu regio
sed humili asello ingrediens humilitatis exemplum suis cultoribus reliquit
et his dictis angelus abscessit Tunc imperator lachrimatus se ipm discal/
ciauit.et vestimenta vsqz ad camiseam exuit.crucemqz domini accipiens vs
qz ad portaz humiliter baiulauit.statim qz porta se aperiens liberum intrā
tibus ingressum patefecit.Sicqz sancta crux in loco suo restituitur.Mortu/
us quidam resuscitatur.paralitici quatuor curantur. quindecim ceci illumi
nātur Et sic imperator ecclesias reparans ad propria remeauit.et sic patet
primum.Secundo hoc lignum dicitur forte quia roborat infirmitatem.Et
ideo dicit damascenus q crux est baculus infirmorū.vnde dicitur crux ba/
culus quia sicut baculum materialem timent canes.sic canes infernales.id
est demones timent hunc baculum. Unde legitur q quidam homo semp
solebat feria sexta audire missam de sancta cruce quam suis manibus com
parabat.cum autem mortuus fuisset demones secuti sunt ipm vsqz ad iudi
cium.et cum inter alia sibi obijcerent q passionez domini in memoria raro
habuisset et sanctam crucem minus honorasset. Angelus eius stans circa
ipm denarios protulit quos in offertorium posuerat et in quolibet fuit sig/
num crucis.quos cū demones vidissent statim euanuetunt. Tertio lignum
crucis dicitur forte. quia animas nostras portat ad regnum celorum. Et
ratione huius vocatur nauis Sapiencie. Exiguo ligno credent homines
animas suas saluari. Non enī potestis mare huius mūdi transire nisi sedē
atis in naui. Sic etiam nullus potest transire ad regnum celorz nisi benefi/
cio sancte crucis.vnde dicit Augustinus Instruit inqt dominus quo mare
transeamus Istud lignum forte elegit sibi artifex sapiens id est xpus vt in
ipo pateretur pro nostra salute.Elegit autem eam quatuor modis sicut cā
delabrum ad illuminandum sicut faber malleum ad nouū opus operandū
sicut pugil scalaz ad castrum expugnandum.sicut fatigatus lectum ad qui
escendum. Primo dico sicut candelabrum ad illuminandum. Videns de?
pater quasi totum mundum esse in tenebris infidelitatis q oculos habētes
et non videntes.ps.Oculos habent et non videbunt. et q omnes ad tene
bras eternas tenderent quia viam ad celum nescicbant Excecaucrat enim
ipos malicia eorum.vt dicitur in libro sapiencie Hodie misertus nostri can
delabrum.id est sanctā crucem super candelabrum posuit humanitatis xpi
Et accendit eam igne diuinitatis quod modo totum mundum illuminauit
ita q iaz scimus quid sit creator quid sit creatatura quid bonum quid ma
lum.que via sit ad celum.que ad infernum.vnd per illud candelabrum san
cti patres illuminati dixerunt.aduenisti desiderabilis quez expectabamus
qz tenebre eorz euerse sūt in claritatē magnā sup b Tris.q crux et cicatri/
ces xpi radijs solis in iudicio erūt lucidiores.et sic oēs q lucidā vitā duxe
runt.ogregabunt sub vexillo sācte crucis.et securi sūt a tenebris inferna/

lib⁹. Secundo elegit sanctaz crucem sicut faber malleum ad nouũ opus fa/
ciendũ. O qz notabilis faber qui tã nobile opus fabricauit. vñ ps. Tu fabri
casti solem et aurorã scz animã a rubigine inferni. oportuit eũ facere ad mo
dũ fabri. qui cũ vult aliqd noui facere. deponit solemnẽ vestem et elegit sibi
malleũ p tali opere. Sic fecit deus cũ voluit animã mũdare a rubigine in/
fernali indueb at ignobilẽ vestẽ. id ẽ carnẽ nr̃az q̃ de terra orta ẽ. et elegit
crucem p malleo et sic animã calefactã in igne caritatis ipius. ipe existens
in cruce ipaz animã purgauit q in die iudicij clarior sole apparebit. et ideo
dicere potuit. Ecce noua facio omnia. Tertio elegit crucẽ tanqz bellator sca
laz ad castrz expugnandũ. Isay. Egredietur dñs tanqz bellator fortis. q̃
aũt bellare vult oportet eũ habẽ arma et attinentia sic fecit deus. Cũ enim
omnipotens deus totũ mundũ creauerat et mund⁹ eũ cape nõ poterat. illũ
recepit anima sancta in se vt dicẽ ps. Tu aũt in sãcto habitas. Quo ergo di
ligeret sanctitatẽ fecit castrz et antemurale. Castrz erat adam. antemurale
erat eua et sic in eo ãnqz turres. id est ãnqz sensus. in alto mõte id est in pa/
diso collocauit qui est ita alt⁹ q lz diluuiũ. xl. cubitorz sup omnes mõtes ste
terat tñ padisũ nõ attigit. Vide hõ vbi de⁹ naturã tuã collocauit. Sz heu
castrz dei traditũ fuit p osiliũ diaboli qui pmo impugnauit aũmurale scilz
euã qñ dixit. eritis sicut dñ et illa osensit et adqsita fuit. et qñ adã gustauit
tũc omino traditum fuit illud castrz. tñ dilexit diabolus q in vno homine
septẽ demones habuit p custodia sicut in maria magdalena. tandẽ deus
armauit se et carnẽ de virgine sumpsit volens adquirere castrz pditũ acces
sit ad castrz qd diabol⁹. vñ. muris circũdedit. id est. vñ. pccis mortalib⁹. ere
xit scalaz id est sanctã crucẽ. et ita viriliter pugnauit q grauissima et multa
vulnera accepit plus qz mille vulnera accepit p coronã spineã. et p totum
corpus in tantũ vulneratus fuit q ysa. opaciens sibi dixit. a planta pedis
vsqz ad verticẽ nõ est sanitas in eo. et pdictum in tantũ pualuit belluz q in
hac scala stans occubuit et cũ eo duodecim pncipes scz. xij. apostoli scz pe/
tr⁹ paul⁹ et andreas in cruce suspẽsi. bartholome⁹ excoriat⁹. et alij mlti mar
tires secti sũt. lapidati assati sũt. imo debilis sexus mlieb̃ris in illo bello pu/
gnauit tandẽ sic adquisitũ est castrz. et B tũc qñ surexit a mortuis et sãctos
patres eduxit. Ista est scala cuius sũmitas celos tangebat. et deus est in/
nixus huic scale et omnes qui se ad eaz tenuerint trahenẽ. et ideo canit̃ hec
est scala peccatorz Quarto elegit tanqz fatigatus lectum ad quiescendu
ecce ipe semp fuit fatigatus. vnde Job. Jhus fatigatus ex itinere sedit su
pra fontem et etiã ex predicatione sicut ipe met dicit. Rauce facte sunt fau/
ces mee. et ideo quesiuit sibi lectũ ad quiescendũ. vñ ille lect⁹ est quẽ anima
sancta scire desiderat. indica mihi vbi pascas in meridie. certe in cruce. quia
ibi potatus est aceto et felle et cubauit. qz hora nona mortuus est. ꝛc.